

die Aprilis habitae, incidens anno 1703 in hebdomadam maj., anticipari possit, an alium sibi diem pro anniversario eligere possit? S. C. resp.: Negative, et servetur Caer. Episcop. n. 3664 ad 1 die 22. Sept. 1703. (Caer. Ep. Lib. II. c. 35).

Ad dubium: An si dies Anniversaria Consecrationis Episcopi incidat in Dominica primae class., vel infra totam hebdomadam majorem, vel die S. Paschae, Pentecostes, Nativitatis Dom., vel alio die solemniori, debeat, vel possit dici eo die Missa de dicta Consecratione, cantata altera Missa de die, vel in ipsa Missa de die possit, vel debeat fieri collecta pro dicta Episcopi Consecratione? Et in casu, quo neque debeat neque liceat tali die praedicta Missa vel sola collecta; an possit vel debeat transferri Missa pro Anniversario dictae Consecrationis, et in quem diem?

S. eadem R. C., ad relationem Emi., et Rmi. Dom. Cardinalis S. Clementis, respondendum censuit:

„Circa commemorationem serventur Caeremoniale Episcoporum et Rubricae. Et si dies Anniversaria Consecrationis fuerit impedita, eo anno Missa omittitur.“

Et ita declaravit. n. 3718 ad 2 die 4. Aprilis 1705.

Ad dubium: Si Episcopus non sit primum consecratus pro Ecclesia, cui praest, sed pro alia, a qua ad praesentem fuerit translatus, missa, quae habetur in missali, quandonam dicenda erit, in die Consecrationis, an Nominationis an Translationis? S. C. resp.: De Episcopo translato est missa in Ecclesia, cui fuit ultimo loco praepositus, recurrente die, quo Papa eum tali Ecclesiae praefecit. Exemplum habetur in electione SS. Pontificis, festumque hujusmodi erit annuntiandum cum termino: *Translationis.* n. 4119 ad 11 die 2. Sept. 1741.

Rmus. Episc. Cenomanen. in Gallia S. R. C. quaedam humillime exposuit Dubia, eorum solutionem supplex efflagitans nimirum:

1. An ipsius consecrationis Anniversarium regulariter celebrari possit eo die, quo evenit, nimirum Feria VI. post Dominicam Passionis, in qua Festum VII Dolorum B. M. V. recolitur, vel potius die mensis, qua consecratio peracta fuit?

2. An Missa Pontificalis, quae solemniter celebrari solet in Cathedrali, debeat esse votiva pro Anniversario consecrationis Episcopi, aut propria de Compassione Deiparae cum Anniversarii consecrationis memoria per Orationem?

3. Si hoc Anniversarium necessario celebrari debeat die XXI. Martii, qua die evenit, quid agendum, quando haec dies incidit in unam ex Dom. Quadrag., vel in Dom. Passionis? Licetne solemnem celebrare Missam Pontificalem de Anniversario consecrationis cum memoria Dom. per Orationem et ultimum Evangelium?

Et Emi. ac Rmi. P. S. tuendis Ritibus praepositi in Ordinariis Comitibus ad Quirinale sub infrascripta die coadunati, referente Secretario, respondendum censuerunt:

Ad 1. „Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.“

Ad 2. „Provisum in primo.“

Ad 3. „In casu addendam esse Orationem pro Episcopo.“

Atque ita servari mandarunt; n. 4898 die 12. Sept. 1840.

III. Missa.

Vd.: *Consecr. Ep.* (Anivers. Commem).

In die (anniversario) Consecrationis Episcopi occurrente Officio dupl. Officium recitandum esse de dicto dupl.; in missis priv. post alias, si occurrant, faciendam commemor. consecrationis

cum Collecta: *Deus omnium fidel. etc.*; post Nonam celebrandam missam sol. pro electione vel consecratione Episcopi cum *Gloria, Credo et praef. communi.* n. 4421 ad 3 die 17. Sept. 1785.

Clerus saecularis et regularis non tenetur celebrare, quando recurrit, missas Consecrationis Episcopi anniversarias in tota Dioecesi. n. 3743 die 24. Apr. 1706.

Ad dubium: 1. An haec Rubrica sit intelligenda dumtaxat de Missa solemn, quae ex praescripto Caeremonialis Ep. illa die celebratur in Ecclesiis Cath., an vero in omnibus etiam Missis privatis, in quibus tunc additur commemoratio praedicti Anniversarii juxta morem tam in Archidioecesi Mechliniensi, quam in aliis Belgii Dioecesis receptum?

2. An Sacerdos, qui vellet Missam pro Anniversario Electionis et Consecrationis Episcopi legere ex devotione illa die, dum Rubricae non obstant, debeat in ea dicere *Gloria* et *Credo*? an vero utrumque vel alterutrum omittere? item an dicendae sint tres saltem Orationes, ut in Missis votivis?

S. R. C. . . . rescribendum censuit:

Ad 1. „De Missa solemn tantum intelligenda est.“

Ad 2. „Quum haec Missa votivis non sit accensenda, nequit ad libitum celebrari.“

Atque ita rescripsit ac servari mandavit. n. 4911 die 12. Sept. 1840.

9) Episcopi Administr.

(*Anniversar.*)

Non fieri debet Anniversarium Consecrationis Episcopi Administratoris amovibilis Ecclesiae vacantis cum missa cantata per Capitulum. n. 3952 ad 5 die 22. Aug. 1722.

10) Oleorum sanctor.

Vd.: *Coena Domini* (Consecratio Oleor).

11) SSmi. Papae.

Vd.: *Electio et Consecratio SS. Pontif.*

12) Sacerdotum consecrandorum.

Vd.: *Missa* (interrupta per mort. Sacerdotis; *votum Al. Jom.*).

13) Virginum Monial.

Vd.: *Benedictio Monial.*

CONSECRATOR.

(*In Coena Dom.*)

Vd.: *Coena Dom.*

CONSUETUDO.

Vd.: *Ritus; Caeremoniale; Caeremoniae; Decreta; Abusus etc.; Extrema Unctio* (Unctio ped.; decr. n. 4780 *nota*); *Nativit Dom.* (Officii cant. decr. n. 4672 *nota*).

Ad dubium: An quaecunque inveterata consuetudo in contrarium derogare possit Legi a decretis S. C. praescriptae? S. C. resp.: Negative. n. 4861 ad 2 die 13. Aug. 1839.

Ad dubium: An veteres Ecclesiae consuetudines, quae scilicet nulli Ecclesiae statuto opponuntur, abrogatae sint per ea rescripti verba: *Semper et a quocunque servetur caeremoniale?* S. C. resp.: Recurrendum ad S. R. C. in casibus particularibus. n. 4620 ad 2 die 6. Maii 1826.

NOTA GARDELL. AD HOC DCRETUM:

Nihil est quoad hoc Quaesitum indigens declaratione. Sacra enim Rituum Congregatio, dum servandum jubet Caeremoniale Episcoporum, haud intendit adprobare vel reprobare peculiare Ecclesiarum consuetudines, sed

sibi reservat earundem examen in casibus particularibus, ut cognoscere possit, num rationabiles et laudabiles sint, vel potius habendae ut corruptelae et abusus, ac tales propterea sint, ut reprobari et eliminari omnino debeant. Equidem in dubio de consuetudinibus res esse videtur, quae nulli Ecclesiae Statuto opponuntur: sed id privatorum iudicio non est relinquendum. Multae quippe consuetudines, quae laudabiles privato aliquorum iudicio videri possunt, tales revera non sunt: idcirco vel ad debitam formam a locorum Ordinariis reducendae sunt, vel in dubio Sac. Congregationi exponendae, ut eadem definiat, utrum necne queant retineri. Si ita est, poteruntne consuetudines omnes, ut in dubio, ac veluti in unum collectae, quaeque ignorantur, probari vel rejici unica responsione negativa, vel affirmativa? Quis non videt quot quantaque incommoda, quotque in probatorum rituum perniciem induci aut invalescere possent corruptelae ex nimis generico illimitato responso; prudens ideo et omnino necessaria est illius regulae observantia, quam constanter servat Sac. Congregatio, dum generica haec dubia proponuntur, respondens, prout in casu: *recurrendum in casibus particularibus*.

Ad dubium: Utrum necne servandae sint antiquae consuetudines cujusque Ecclesiae, quando hae non sunt Rubricae contrariae? S. C. resp.: Explicet, quae sint consuetudines et recurrat in casibus particularibus. n. 4986 ad 6 die 7. Decb. 1844.

Ad dubium: Quid dicendum de consuetudine a doctis piisque Sacerdotibus, Ordinariis non contradicentibus, usurpata?

Et S. eadem C. . . . rescribendum censuit: „Recurrat in casibus particularibus“.

Atque ita rescripsit ac servari man-

davit. n. 4782 ad 1 die 27. Aug. 1836.

Ad dubium: An decreta S. R. C., dum eduntur, derogent cuicumque contrariae invectae consuetudini etiam immemorabili et in casu affirmativo obligent etiam quoad conscientiam? S. R. C. resp.: Affirmative et recurrendum in particulari. die 11. Septemb. 1847.

Ad dubium: An Decreta S. R. C. dum eduntur derogent cuicumque contrariae invectae consuetudini etiam immemorabili, et in casu affirmativo obligent etiam quoad conscientiam?

S. eadem C. . . . respondendum censuit:

„Affirmative, sed recurrendum in particulari“. Atque ita rescribere rata est et declarare. n. 5102 ad 16 die 11. Sept. 1847.

CONVERSIO S. PAULI APOST.

1) Commemoratio.

Vd.: *Commemor. ss. Ap. Petri et Pauli*.

2) Titulus.

Ex responso S. R. C. in Mechlinien. die 22. Maji 1841 constat servandam esse peculiarem Rubricam Breviarii quoad II. Vesp. SS. Ap. Petri et Pauli, quando sequenti die fit Offic. de S. Paulo in Eccl. propria, etsi Festum Conversionis die 25. Jan. ibidem colatur sub ratione Tituli, ritu dupl. I. Cl. cum Octava. Quum autem, seu Decreto citato, qualis ritus competat Commemorationi S. Pauli die 30. Jun.: et quum hoc pariat difficultatem in Dioec. Mechlinien., praesertim pro II. Vesp. propter sequens Festum S. Rummoldi Dioecesis Patroni; hinc quaeritur: an in illis Eccl., ubi Conversio S. Pauli colitur tamquam Titulus ritu dupl. I. Cl. cum Oct., alterum Festum ejus-

dem S. Ap., scilicet Commemoratio ejus die 30. Jun. habeat ritum dupl. I. Cl., vel an duplicis maj. tantum tamquam Festum secundarium Patroni?

Et S. eadem C. . . . respondendum censuit:

„Nisi constet de speciali Indulto quoad ritus elevationem, ritu tantum dupl. maj. gaudet.“

Atque ita rescripsit ac servari mandavit. n. 4985 ad VIII. die 7. Decb. 1844.

CONVIVIA IN ANNIVERS. DEF.

Convivia et prandia tolerari possunt in anniversariis def., ubi est consuetudo, praesertim si ita a defuncto cautum fuisset in dispositione testamentaria, habita ratione pauperum, qui de illis participant, sed providendum erit, ut absit excessus sumptuum et quidquid potest esse scandalii. S. C. E. 6. Decb. 1588.

SS. COR B. V. M.

Vd.: *Festum s. Cord. B. V. M.*

S. CORDULA.

Festum s. Cordulae, unius ex sociabus s. Ursulae, quae in Martyrologio ponitur passa postridie S. Ursulae et sociarum, nempe 22. Oct. sub die, in quo cadit et in Martyrologio romano assignatur, celebrandum esse. n. 1470 ad 2 die 8. Aug. 1643.

SS. CORNELIUS ET CYPRIANUS.

Vd.: *Antiphona in festo s. Euphemiae; De eorum transl. infra octavam Dedicacionis, Vd.: Translatio festi a die propr. etc. (decr. n. 4165).*

CORONA B. V. M.

Vd.: *Rosarium (indulg.)*

CORPORALE.

1) Benedictio.

Vd.: *Bened. (supellect.)*

2) In Expositione SSmi.

Vd.: *Instructio. Clem. §. V. n. 4. 5.*

3) Materia.

Ad dubium: An Corporale confici possit ex tela quadam composita ex lino et gossipio subtilissimo, quem vocant Mussulo? S. C. resp.: *Lectum*. n. 2267 die 15. Mart. 1664.

Vd.: *Paramenta (materia, decr. n. 4563 etc.)*

4) In Missa.

Cf.: *Bursa.*

Ad dubium: An deceat, necne, Corporale retinere extensum super altare toto tempore, quo celebrantur missae, et donec ab ultimo in eo celebrante reportetur ad Sacrarium? S. C. resp.: Archiepiscopus incumbat observantiae et executioni rubricarum. n. 3707 ad 1 die 13. Sept. 1704.

5) Tractatio.

Corporalia contrectare Clericis tantum, non Laicis, in Sacristiis inservientibus, concedi posse. n. 634 ad 2 et infra die 24. Apr. 1626.

SS. CORPUS JESU CHRISTI.

1) Dies octava.

Cf.: *SS. Petrus et Paulus (festum cadens).*

2) Lectio nona infra octav. Corp. Chr.

Vd.: *Lectio nona.*

3) Missa et Translatio.

Vd.: *Processio in festo . . . ss. Corporis Chr.; Octava Corp. Chr.; Missa in festo ss. Corp. Chr.; Missa votiva (dies); Missa de Requ.; Festum ss. Corp. Chr. occur. cum festo s. Joan. Bapt., vd.: S. Joann. Bapt. (transl.)*

Festum SS. Corporis Chr. non celebratur in Ecclesiis Monialium (civitatis Angelopolitanae) ac etiam in aliis in tota ejusdem octava, sed semper illud transferunt in aliquem diem dominicum aut festivum. Quomodo erit cantanda haec missa vot. de SSmo.? Et addendum est in processione ad versiculum: *Panem de coelo etc.*, Alleluja? S. C. resp.: Haec translatio sine privilegio fieri non debet; quando adsit privilegium diebus illis, quibus a rubrica permittuntur cantari missae votivae, ratione concursus poterunt cantari duae missae, una de SSmo. sine commem. Dominicae aut Sancti occurrentis, et ad vers: *Panem etc.* addi *Alleluja*, et aliae (missae) cum reliquis privatis de dominica aut festo currenti. In prima (missa de SSmo.) dicetur *Gloria et Credo* et nulla fiet commem. dominicae aut festi. Si vero translatio caderet in Dominica aut festo, in quibus missae votivae non admittuntur, missa erit de festo aut dominica currenti cum comm. SSmi. n. 2542 ad 5 die 13. Junii 1671.

COTTA.

(Quando defertur?)

Vd.: *Baldachinum* (hastas def.; decr. n. 4055.)

Quando Archiepiscopus est pontificaliter indutus, nempe Mitra cum Pluviali vel Planeta, Caudatarium et Cruciferum adhibere debere cottam, verum, si cappam deferat Episcopus, praedicti vestem violaceam deferre debent. n. 2029 ad 2 die 24. Jan. 1660. Vd.: *Cruciferarius*.

Ad dubium: An liceat Clericis et Conversis Conventus PP. Ord. Praedicatorum. Vallettae in *processionibus* Corp. Chr. incedere cum Rocchettis seu cum Cottis habentibus manicas angustas, ad instar Rochetti? Et an id liceat in aliis functionibus infra annum? S. C. resp.: Quoad Rochettum negative; quoad Cottam affirmative juxta usum Religionis in Insula Melitae. n. 3885 ad 4 et 5 die 9. Maii 1716.

CREDENTIALIA.

Vd.: *Abacus*.

CREDO.

1) In Dominica.

Vd.: *Missa vot. de Sancto* (Gl., Credo; decr. n. 4660).

In Vigiliis Nativitatis Dom. dicendum est in missa Credo, dum incidunt in dominicam. n. 4526 ad 30 die 7. Sept. 1816.

2) Intonatio.

Credo in missa sol. dici debet post concionem, non ante, juxta rubricas missalis. n. 15 ad 8 die 16. Mart. 1591.

Quoniam libri osculandi oblatio Celebranti facienda maxime decens est et mysterio non caret et Celebrans, antequam Credo incipiat, thurificandus est a Diacono, inconveniens est, ut sine osculatione et thurificatione statim post cantatum Evang. *Credo* vel *Dom. vobiscum* intonet. n. 32 ad 3 die 17. Novb. 1592.

Credo intonandum est a Celebrante, osculato prius libro Evangeliorum ab Episcopo eoque thurificato. n. 2883 ad 9 die 6. Maii 1679; n. 3551 ad 4 die 13. Mart. 1700. (Vd.: *Episcop. assist. missae sol.* — Osculatio Evang.); *Missa* (Abbreviatio).

3) In Lytaniis majoribus.

Vd.: *Lytaniae major.*

4) In Missa in Coena Dom.

Missae, quae praescribuntur assignandae ab Ordinario fer. V. in Coena Dom., ut populi possint commodius satisfacere praecepto occurrente festo s. Joseph vel Annunciat. in praedicta fer., dici debent cum Gloria et Credo sicut solemnes. n. 4526 ad 15 die 7. Sept. 1816.

Vd.: *S. Joseph; Missa in Coena Dom.*

5) In missis de Beatis.

Vd.: *Credo in missa Patroni princip.* (decr. n. 4259.); *Beati*.

In missa Beatorum Ordinis non debet dici Credo. n. 2284 ad 7 die 12. Julii 1664; n. 2363 ad 17 die 13. Febr. 1666.

6) In missa de festis principalibus

(alicuj. Ord.)

Regulares possunt in festis principalibus suorum Ordinum et maxime in festo Fundatoris seu Patriarchae addere symbolum in missa celebranda extra proprias sui Ordinis Ecclesias. n. 4395 ad 7 die 18. Decb. 1779.

Ad dubium: An Festivitates particulares Ecclesiae Cath. Colymbr. sub ritu dupl. ex ejusdem Dioecesis constitutionibus vel consuetudinibus celebrari solitae cum processione intus eandem Ecclesiam comprehendantur in rubrica missalis: „et in festis principal. Ordinum etc.“ et sic Symbolum in missa debeat decantari? S. C. resp.: Negative, quod rubrica illa loquatur tantum de festis SS. Ordinum Regularium, ne extendatur ad presbyteros saeculares. n. 2152 die 4. Mart. 1662; n. 3754 ad 20 die 25. Sept. 1706. Vd.: *Infra n. 19.*

Ad dubium: An in festis s. Bonifacii et S. Benedicti 16. Novb. Ord. Camaldul., quae celebrantur sub ritu dupl. 2. cl., dicere possit Credo, attento, quod expositores rubricarum asserunt, dici posse in festis principal. Ord. et sub nomine festorum principalium comprehendi etiam illa, quae sunt 2. cl.? Et si secus, supplicatur pro gratia. S. C. resp.: Affirmative. n. 3703 ad 2 die 23. Aug. 1704.

Ad dubium: An cum in festis principalibus Ordinum Religiosorum et per eorum octavas dicitur Credo, dici etiam debeat a sacerdote ejusd. Ord. alibi celebrante, ut missa conveniat cum Officio? S. C. resp.: Nihil immutandum. n. 3754 ad 1 die 25. Sept. 1706.

7) In missa ss. Mart., Conf. et Virg.

In festis ss. Martyr., Confess. et Virg. sub ritu dupl. maj. in missa dici non potest Symbolum. n. 3565 ad 8 die 19. Junii 1700.

8) In missa cum paramentis violaceis.

Symbolum non dicitur in votiva sol., in qua paramenta violacea adhibeantur. n. 2363 ad 6 die 13. Febr. 1666.

Instructio Clem. §. XIII. n. 5.; §. XII. n. 10 (Innocentes).

9) In missa de Patronis et Titularib. Confrat.

Vd.: *Patronus Confraternit. (festum); S. Franciscus Xav. ut Patronus etc.*

10) In missa Patroni principalis.

Ad dubium: Juxta rubricam missalis in festo Patroni alicujus loci vel Titularis debeat *Credo*. Illa particula „Patroni“ sit intelligenda de Patrono

principali, vel extendatur etiam ad Patronos minus principales? S. C. resp.: De Patrono principali tantum illam particulam esse intelligendam. n. 3247 die 15. Sept. 1191.

Ubi s. Joannis B. festum et ejusdem decollationis memoria gaudent praerogativa Patroni vel Titularis, in missis recitandum est *Credo*, secus vero negative, nisi adesset ejusdem insignis reliquia. n. 4143 ad 6 die 11. Maji 1743.

De dicendo *Credo* in missa vot. de Patrono principali in aliqua feria, vd.: *Missa vot. de B. V. M. in Sabb.* (decr. n. 4227.)

Cum adsint decreta, quod in missa de Beatis, id est nondum Canonizatis, *Credo* dici non debeat, dubitatur: an in festis b. Joannis Cantii, b. Ladislai a Cenlow, et b. Cunegundis v., quorum officia auctoritate sedis apost. tamquam de *Patronis Regni princip.* ritu dupl. 1. cl. in Polonia recitantur, *Credo* dicendum sit? S. C. resp.: Affirmative. n. 4259 ad 1 die 29. Novb. 1755.

Ordinis Minorum S. Francisci Capuccinorum.

Quum inter Alumnos Ord. Min. S. Francisci Capucc. Coenobii vulgo di Sassoferrato diversae circumferantur opiniones quoad Symb. Nicaenum in Missis S. Joseph Sponsi B. M. V., ac S. Joannis Bapt. Praecursoris D., R. P. Fr. Rogerius a Camerino alter ex Sacerdotibus memorati Ord. et Coenobii S. R. C. rogavit enixe, ut declarare dignaretur, quae firma regula servanda sit, dum iidem Sancti alicubi seu Patroni et Titulares venerantur. Et S. eadem C. ad Quirinale hodierna die coadunata in Ordinariis Comitibus, referente Secretario, rescribendum censuit: „Dicendum *Credo* in omnibus Eccl., quando est Patronus praecipuus;

in Eccl. propria tantum quando est Titularis juxta Rubricas“. die 6. Sept. 1845. n. 5031.

11) In missa de Patronis minus princip.

Ad dubium: An decreta prohibentia dicere *Credo* in missis Patronum minus principalium sustineantur, etiamsi nunquam fuerint ad praxim deducta, quinimo in missalibus post Evang. in istis missis notatus sit *Credo*? S. C. resp.: Exequenda sunt decreta 2. Decb. 1684 et 15. Sept. 1691 et 19. Junii 1700, quibus vetitum est dicere *Credo* in missis Patronorum minus principalium, etiamsi nunquam fuerint ad praxim deducta, et a missalibus, ubi contrarium notatur, expungatur. n. 4166 ad 10 die 22. Aug. 1744.

Symbolum in missis de Patronis minus principal. cantandum non est nisi in iis Ecclesiis, in quibus aut s. Corpus aut insignes reliquiae asservantur. n. 4134 ad 2 die 1. Decb. 1742.

12) In missa propter reliquias insignes.

Vd.: *Missa in aliena Eccles.* (decr. n. 4878); *Reliquiae insignes*, (quae sunt? decr. n. 5000); *Reliquiae insig.* (missa).

Canonici *Regul.* Lateranens. recitare valent Officia SSrum. Basilicae Lateranens., quorum insignes reliquiae in eadem Basilica existunt, sicut ad praesens eadem recitantur a Canonicis *saecular.* ejusdem Basilicae; Quaeritur: an in missis dictis Officiis conformibus a Canonicis *regul.* Lateran. in propriis Ecclesiis celebratis dici debeat *Credo*, sicut fit a Canonicis ejusdem Basil. Lat. et praecipue in festo s. Joann. Bapt. infraque ejus octavam? S. C. resp.: Negative. n. 3073. ad 2 die 2. Decb. 1684.

Insignis reliquia Sancti, ratione cuius dici queat *Credo*, ea est, ratione

cujus dupl. Officium recitari potest, scilicet de Sancto, cujus habetur caput, brachium, crus, ea pars corporis, in qua passus est martyr., modo sit integra et non parva. Quodsi corpus habeatur integrum aut illius magna pars, a fortiori symbolum in missa recitari debet. n. 2363 ad 16 die 13. Febr. 1666.

Regularis recitans Officium de Sancto, cujus reliquia insignis in propria Ecclesia, si celebret tali die festi extra propriam Ecclesiam, omittere debet *Credo*. n. 3073 ad 1 die 2. Decb. 1684. Vd.: *Infra* n. 26.

Si Officium concessum sit universo Clero Civitatis de aliquo Sancto, cujus reliquia asservatur in Cathedrali, tunc missa cum Symbolo celebranda est in *Cathedrali tantum*, in aliis vero Ecclesiis sine Symbolo. n. 3301 ad 11 die 10. Jan. 1693.

Vd.: *Credo* in missa Patroni princ. (n. 4143.)

Vd.: *Credo* in missa Patroni minus princip. (n. 4134.)

Ad dubium: Usque nunc in Missa Translationis s. Eulaliae dicitur *Credo* ab omnibus Sacrum facientibus etiam extra Cath. Ecclesiam, ubi tantum Reliquiae asservantur: retinendane est haec immemorabilis consuetudo?

S. eadem C. . . rescribendum censuit:

„Negative etiam in Cathedrali, dummodo Reliquia non fuerit insignis, quo in casu in Cathedrali tantum“

Atque ita rescripsit ac servari mandavit, die 11. Apr. 1840. n. 4878 ad 2.

13) In Missa coram expos. SSmo.

In missis votivis pro re gravi aut publica Ecclesiae causa dicitur *Credo*. Quaeritur: an dicendum sit in missis *privatis* tam de SSmo. quam de Sancto dupl. (cui aliter non competit) quae

celebrantur in Ecclesiis, ubi adest SSmum. expositum occasione 40 hh? S. C. resp.: *Negative*. n. 3073 ad 3 die 2. Decb. 1684.

Instructio Clem. §. XVII. n. 34.

Vd.: *Missa vot. de SSmo. in divers. festis etc.* (decr. n. 4303.)

14) In missa de SSmo. fer. V.

Vd.: *Missa de SSmo. fer. V.; Missa vot. de B. V. M. in Sabb.* (decr. n. 4227.)

In missa, quae celebratur, in Ecclesia Monialium Ord. s. Francisci de Laurizal de SSmo. omnibus feriis V., 1. et 2. cl. non impeditis, Symbolum dici non debet. n. 4464 ad 1 die 21. Mart. 1795.

15) In missa pro exp. et rep. SSmi.

Vd.: *Instructio Clem.* §. XII. n. 10.

16) In missa cum magna Solemnitate celebranda.

Vd.: *Credo propter reliquiam insig.* (decr. n. 4878.)

17) In Missa Titul. Capellar. publicar.

Vd.: *Capella domestica.*

Juxta Decretum S. R. C. diei 12. Novb. 1831. celebrari non debet ritu dupl. I. Cl. cum *Credo* et Oct. Festum Titularis Capellarum publicarum, quae existunt in Hospitalibus Domibusque Regularium. Verum existunt in Dioecesi Mechlinien. plura hujusmodi Oratoria benedicta, quandoque etiam consecrata, quibus unus saltem Sacerdos, tamquam Director seu Pastor adscriptus est, qui ex speciali commissione Ordinarii non tantum ibidem celebrat, sed et munia quaedam Pastoralia exercet; v. g. instruendo Populum, aliqua Sacramenta ministrando etc. Quaeritur ergo: an sub Decreto supracitato comprehendantur etiam praedicta Oratoria?

1. Si sint publica.
2. Si non sint publica, sed tantum inserviant determinatis personis, e. g. infirmis in Nosocomio, vel Monialibus, aut aliis in Monasterio sive Conventu commorantibus?

Et S. eadem C. . . . respondendum censuit:

Ad quaest. 1. et 2. „Juxta Decretum die 12. Nov. 1831“.

Atque ita rescripsit ac servari mandavit. n. 4985 die 7. Dec. 1844.

Ad dubium: An festum Titularis Capellarum publicarum et Oratoriorum, quae existunt in aedibus episcopalibus, Seminariis, Hospitalibus, domibus Regularium et privatis, celebrari debeat sub ritu dupl. 1. cl. cum *Credo et Octava?* Nam Oratoria publica vocantur etiam Ecclesiae. S. C. resp.: Negative. n. 4669 ad 34 die 12. Nov. 1831.

18) In Missa Titularis Cathedralis.

Ad dubium: An in die s. Laurentii Titularis Cathedralis Perusii sit recitandum Symbolum in Ecclesiis Regularium? S. C. resp.: Negative, nisi in Ecclesia propria. n. 3804. ad 1 die 23. Mart. 1709.

19) In Missa Titularis Ordinis

Ad dubium: An sit servanda consuetudo penes nonnullos Regularium Ordines invecata addendi Symbolum Nicaenum Missae insignium Patronorum Ordinis, qui non sint Institutores, Titulares, vel Patroni, etiam si de ipsis recitetur ritu dupl. II. Cl.? Emi. et Rmi. P. respondendum censuerunt:

„Consuetudinem esse abrogandam, et solum addendum Symbolum, si sint vel Titulares vel Patroni“.

Atque ita servandum mandarunt. n. 5125 ad 3 die 22. Julii 1848.

Ad dubium: An Festa principalia

Ordinum Religiosorum, in quibus juxta Rubricas inter Regulares Familias addi potest in Missa Symbolum Nicaenum, intelligenda veniant Festa Fundatorum tantum, vel potius etiam aliorum Sanctorum cujusque Ordinis, quae recensentur sub ritu dupl. II. Cl. cum Octava?

Et S. eadem C. . . . rescribendum censuit:

„Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam“.

Atque ita rescripsit die 12. Martii 1836. n. 4772 ad 3.

20) In Missa translati Patroni.

Festum Patrocinii S. Joseph primi regionis Canadae Patroni per Indultum die 16. Nov. 1834 datum, concessum fuit Archidioecesi Quebecen. sub ritu dupl. II. cl. Dom. II. p. Pascha celebrandum, sed per tenorem provisionis S. C. die 20. Novb. ejusdem Anni datae, quando illud Festum venerit die XXV. Apr., vel I. aut III. Maj. transfertur. Quaeritur: an *Credo* recitandum sit in Missa Festi sic translato ratione Dignitatis Patroni Dioecesis et Regionis?

Et S. eadem C. . . . rescribendum censuit.

„Quando legitime constet de Patronatu elevari permittitur Festum Patrocinii S. Joseph ad duplex I. cl.“

Atque ita rescripsit ac servari praecepit eadem in Archidioecesi. n. 4904 ad 2 die 12. Sept. 1840.

Cum ex Indulto diei 16. Nov. 1834 concessum fuerit Festum Patrocinii S. Joseph celebrandum sub ritu dupl. II. Cl., utpote primi Canadensis Regionis et Dioecesis Patroni, quaeritur: utrum recitandum sit Symbolum in Missa, quoties ad aliam diem conferre contigerit?

Et S. eadem C. . . . rescribendum censuit:

„Affirmative, si vere constat de Patronatu formiter ab hac S. S. confirmato“.

Atque ita rescripsit, ac servari mandavit. n. 4988 ad 1 die 7. Decemb. 1844.

21) In Missa Translationis Patroni Cathedralis.

Ad dubium: Utrum in festo Translationis Patroni princip. Cathedralis sub ritu dupl. maj. in missa dici possit Symbolum, non solum in Cathedr. sed etiam per totam Dioecesim. S. C. resp.: Negative. n. 3565 ad 7 die 19. Junii 1700.

22) In Missa votiva B. V. Mariae.

Vd.: *Missa vot. B. V. M.*

23) In Missa vot. de Sancto.

Vd.: *Missa vot. de Sancto.*

24) In M. vot. pro re gravi.

Vd.: *Missa vot. pro re gravi.*

25) In Miss. vot. sol. infra octavas.

Vd.: *Missa vot. priv. (dies; decr. n. 4183).*

26) Si Sacerd. celeb. in aliena Ecclesia.

Vd.: *Missa in aliena Eccles. (decr. n. 48.8); Credo in missa propt. reliqu. insig. (decr. n. 3073).*

27) In Officio.

Vd.: *Officium.*

Quando ad Credo detegitur caput?

Vd.: *Caput (quando deteg.)*

28) In Vigiliis Nativit. Dom.

Vd.: *Credo in dominica (decr. n. 4523).*

De *Credo* cf.: *Gloria, Novena; Symbolum.*

Decreta authentica.

CRUCES.

1) Duodecim in Consecrat. Eccles.

Vd.: *Dedicatio Eccles. (cruces); Candelae (in Dedic. Eccles. ad parietem).*

2) Quinque in Consecr. Altaris.

Vd.: *Consecratio altarium plur. (modus, decr. n. 4565 ad 3).*

3) Simultaneae deferendae in process.

Ad dubium: An in Processionibus, in quibus intersunt tam Parochus et Beneficiati S. Michaelis Archangeli, quam Archipresbyter et Canonici Ecclesiae S. Mariae Matricis, praecedere simultaneae debeant duae Cruces utriusque Ecclesiae, et post eas simultaneae etiam utriusque Capitulares? Et quatenus negative: An Parochus et Beneficiati S. Michaelis Archangeli incedere priores debeant post propriam Crucem, quatenus incedere nolint post unicam Crucem Matricis ipsius, ita ut hujus Archipresbyter et Canonici velut digniores incedant postremi in casu etc.? S. C. respondit: „Servedur solum juxta modum, dummodo Cruces procedant una post aliam, pariterque Capitula“.

N. 4483 ad 1 die 11. Septembris 1802.

Vd.: *Cruciferar. archiep. (habitus, decr. n. 4672).*

CRUCIFERARIUS.

1) Archiepiscopi.

(*Habitus*).

Vd.: *Subdiaconus; Cotta; Cruciferarius in proces. dom. Palmar. etc.*

Cruciferum, dum Archiepiscopus concionibus interest, posse crucem parieti haerentem dimittere. n. 2029 ad 3 die 24. Jan. 1660.

Ad dubium: Celebrante in Ponti-